



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Hac significatione usus est Paulus III. ... est fundamentum Euangelii pacis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

112 De CALCEIS HEBRÆOR.

sumpsit, qui jam obtinebat apud Græcos interpretes & Judeos Hellenistas, qui non communi Græcorum lingua, sed ad Hebraicam deflexa, & multis Hebraïsmis abundante utebantur, ut nempe *basin* atque *fundamentum* significet. Quod & alias ab ipso factum est, uti plurima vocabula iis significationibus à Sacris Novi Fœderis scriptoribus usitata sunt, quæ apud Græcos interpretes erant in usu, licet iis notionibus in Græcorum vulgari lingua non occurrerent. Quare Pauli verba vertenda sunt, *calceati pedes fundamento, sive basi Evangelii pacis*, quod Belgæ mei dicerent: *De voeten geschoeyt hebbende met den vasten gront van het Euangelium des vredes.*

VIII. Quam apte, & quam concinne hoc à Paulo dictum fuerit, nemo non videt. Describit *πανοπλίαν τῆς Θεῆς*, qua instructi possent *ἀντισηναὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηροῦ, καὶ ἅπαντες κατεργασόμενοι εἶναι*. Vult ut sint *κατεργασόμενοι τὴν ὁσφύν ἐν ἀληθείᾳ*, ut videlicet quod zona fuit in militia veterum, ipsis esset veritas, *ἔ. ἐνδυσόμενοι τὴν δάστυχα τὴν*